





50. 1761, 4 7

FACVLTATIS JVRIDICAE  
DECANVS  
**CONRAD. WILHELM.  
STRECKER**

JCTVS


EMINENTISSIMI AC CELSISIMI PRINCIPIS ELECTORIS  
MOGVNTINI CONSILIARIVS REGIMINIS, PRAEFATAE  
FACVLTATIS ASSESSOR SENIOR, DECRETALVM PRO-  
FESSOR PVBLICVS ORDINARIVS, ET CIVITATIS  
ERFORDIENSIS CONSVL PRI-  
MARIVS.

L. B. S.



ERFORDIAE,  
INTERIS HERINGIANIS, ACAD. TYPOGR.







Hominis Voluntas versatur circa omnes res,  
quatenus nempe vel bona& vel mal& ipsi vi-  
dentur, illas appetit, has respuit; Nunquam  
enim voluntas moveri potest ad aliquid vel  
ab aliquo, nisi sub ratione alicujus bonitatis vel maliti&,  
qua revera objecto inest, vel inesse putatur. Nihil au-  
tem refert, an bonitas delitescat immediate in illo ipso,  
quod volumus, an in alio, quod consequi propter illud  
speramus. Volumus enim vel nolumus aliquid, vel  
propter illud ipsum, quod volumus vel nolumus, vel  
propter aliquid bonum vel malum ex eo per consequen-  
tiam emergens. ARIST. 7. Eth. 8. tit. 16. Restringitur  
autem quamplurimum voluntas vel adctione modi,  
vel conditionis, vel certi temporis. Est autem modus  
causa finalis, per quam aliquid fit, vel pr&estatur, adjici-  
tur per particulas: vt ad vel NE vel AD. Hic non uti  
conditio suspendit obligationem, sed statim dies cedit

X 2

&

& venit, Creditorque aut Legatarius statim agere potest L. 50. de condit. & demonst. Quod non tantum procedit in contractibus, sed etiam in ultimis voluntatibus, modo haeres aut Legatarius cautionem de implemento praestiterit. L. 1. pr. de condit. & demonst. Quamvis autem ordinatio sub modo, non, ut conditionalis, inferat, ut aliquid praecedat, sed ut aliquid sequatur, in eo tamen modus cum conditione convenit, quod utrumque adimpleri debeat, ita tamen, ut conditione non adimplēta, dispositio impediatur, & modo non adimplēto, competit conditio causa data non secuta, & contractus resolvitur L. 1. C. de his, quæ sub mod. Conditio proprie est adjetio, quæ rem ipsam differt in casum futurum incertum, adeoque differt ipsam actus perfectionem, donec impletatur, & nihil ponit in esse. L. 213. de V. S. L. 8. si quis omniss. caus. test. Potest autem voluntas in quibuscumque negotiis quacunque conditione regulariter restringi, nisi alicujus negotii natura conditionis alicujus adjunctionem respuat, aut lex prohibeat, ita respuit contractus omnem suæ essentiæ & naturæ contrariam conditionem. L. 17. L. 46. §. 3. de V.O. Adjicitur vel affirmative, quando aliquid confertur in casum, qui dependet ab arbitrio ejus, cum quo agitur, quæ regularitur in forma specifica adimplenda L. 44. pr. de condit. & demonst. Ex æquitate tamen etiam per æquipollens potest impleri, si impossibile sit, ut specificie adimplatur L. 5. C. de donat. sub mod. præprimis si disponentis voluntati per æquipollens æque, ac per ipsam formam specificam satisfieri possit. L. 84. §. 7. de Legat. 1. Vel negative, quæ consistit in non faciendo, ratione hujus conditionis negativæ

gativæ distinguendum est inter ultimas voluntates & a-  
lia negotia. In illis implementum conditionis non ex-  
spectatur, sed hæres vel legatarius præstat cautionem  
Mutianam se nolle facere, quod testator prohibuit. L. 73.  
*de cond. & demonst.* quia si exspectanda esset mors hono-  
rati, his inutile foret relictum, sed ad eorum hæredes  
transiret, quos tamen testator non ita dilexisse præsumi-  
tur, quam hæredem vel Legatarium. In Contractibus  
vero mors exspectanda, quæ sola contrarium fieri impe-  
dit, ratio est, quia in ultimis voluntatibus omne depen-  
det ex unius testatoris voluntate, in Contractibus vero  
a plurium arbitrio L. 83. §. 1. de V. O. atque contrahens  
sibi imputet quod effectum contractus ad tempus mor-  
tis ipse sibi prolongaverit. Adjectione temporis etiam  
restringitur voluntas. Tempus autem vel est certum  
vel incertum. Certum vel tanquam terminus ad quem,  
vel tanquam terminus ex quo, ille regularitur pro lubi-  
tu volentis potest accedere, quoisque nempe debeat du-  
rare obligatio. Hic autem contractus est purus, cum  
dies non differendæ obligationis, sed constitutæ finien-  
dæ causa adjiciatur, non quidem ipso jure, sed doli vel  
paeti exceptione L. 44. §. 1. de O. & A. Incertum tem-  
pus adjicitur etiam vel ut terminus ex quo, vel ad quem;  
& ille vel ipsi negotiō, vel tantum petitioni. Illo casu  
distinguendum: an sit incertum AN & quando simul, an  
AN tantum, an quando tantum. Duo priora volunta-  
tem & negotium faciunt conditionale L. 18. L. 21. pr. quand;  
dies Legat. Hocque non solum in ultimis voluntatibus,  
sed & in conventionibus obtinet. L. 56. de condit. indeb.  
Posterior scilicet quando tantum incertum, certum vero

an sit extitum, in conventionibus nunquam facit conditionem & obligatio transit ad hæredes §. 15. I. de inutile stipulat. quod in ultimis voluntatibus aliter se habet L. i. §. 2. de condit. & demonst. Sicuti igitur, uti supra deductum est, voluntas hominis in omnibus negotiis per adjectionem modi, conditionis & temporis restringitur, ita præcipue in donationibus tam inter vivos, quam mortis causa, hæ enim, dum celebrantur ad instar aliorum contractuum has adjectio[n]es & pactiones admittunt. tot. tit. Cod. de donationibus, quæ sub modo, vel conditione vel certo tempore conficiuntur, de qua materia præcipue ad L. s[ic] doceas t. dicit. tit. quam publice ex cathedra explanandam sibi elegit, fusius discurret

NOBILIS ET CLARISSIMVS  
DOMINVS  
DANIEL AVGVSTVS ZIMMER-  
MANNVS,

DRESSENSIS,  
ADVOCATVS, ET NOTARIVS PVBlicVS CAESAREVS  
IMMATRICVLATVS,

Qui Primam aspexit Lucem Dresdæ VI Iduum Novemb. A.S. R. c[irca] 1500 XXIII. Patrem veneratur DANIELEM ZIMMERMANNVM, qui miles prætorianus, Regiae Majestatis Poloniarum, & Electoris Saxoniae, quod vulgo dicitur Schweizer-Garde fuit; matrem verò MAGDALENAM LOVISAM natam JVCKENBERG. B. Parentum cura præcipue erat, eum scientiis & studiis liberalibus consecrare. Hinc, in circa A. MDCC XXXIII. Scholæ crucis Dresdæ incorporabatur, in qua per novem annos,

NOS,

nos, in addiscendis humanioribus commorabatur. Anno MDCCXLIV. vero ad Academiam Lipsiensem se conferebat, ubi ab Universitatis Rectore Magnifico Dn. JOANNE FRIDERICO CHRISTIO, Poëf. Prof. Publ. ord. Historiar. extraord. & min. Princ. Colleg. Collegiato, in numerum civium Academicorum XVII. Cal. Jul. recipiebatur. Hac in academia fundamentum futuræ eruditio[n]is, in Philosophia struere, operam navabat. Ex hac ratione audiebat in Collegiis Philosophicis Dn. D. MÜLLERV[um], Dn. Prof. WINCKLERV[um], Dn. Prof. KAESTNERVM jun. & qui erant cæteri. In studio juridico autem, quod summa intentionis ejus erat; audiebat B.Dn. D. ABRAH. KAESTNERVM ad Institutiones & Pandectas ad Feudale & Saxon. jus verò Dn. D. MENCKENIVM, SIEGELIVM, ZOLLERVM, in criminalibus, Dn. D. HOMMELIVM, in Histor. Dn. D. JOECHERV[um] &c. Anno MDCCXLIX. Academiæ valedicebat, & in civitatem natalem remigrabat, ex qua ad Præfecturas nonnullas Saxonicas Electorales vocabatur, in quibus ab anno MDCL ad annum MDCC LIV. usque Partes Actuarii administrabat. Eodem in anno ab inclita Facultate juridica Vitebergensi more Saxonum consueto, postquam antea Magistratus Lipsiensis eum Notarium Cæsareum creaverat, pro praxi juridica examinabatur, & iussu Serenissimi Legislatoris Saxoniæ speciali, in numerum Advocatorum præstito juramento adscribebatur, & ad hancusque diem praxin juridicam Misericordia exercet. Tandem ut absoluto cum laude studio & stadio Academico bravium sui laboris reportaret, consuetis jurium Candidatorum Examinibus subjici, ob ordine nostro petiit, honestat

ftæ

0312

stæ ejus petitioni annuere non dubitavimus. Transmisimus proinde ipsi textus ex utroque jure resolvendos, quos ita elaboravit, & ad quæstiones præpositas ita respondit, ut unamini consensu supremis in utroque jure honoribus rite obtainendis merito dignus fuerit judicatus. Habebit proinde electionem cursoriam die 3 Octobris, eaque finita, Disputationem inauguralem.

DE  
**JVRE ACCRESCENDI IN QVANTITATIS LEGATO ETIAM OBTINENTE.**

Quibus actibus ut Magnificus Dominus Vniversitatis Rector, Domini Proceres & Cives Academicci interesse velint, officiose & amice rogantur, invitantur. Publ. sub Sigill. Facult. Jurid. die 27 Septembris A. O. R. M DCC LXI.



L. S.

ERFURT, Diss., 1761/67

SS.

ULB Halle  
004 995 333

3



VDR8



B.I.G.

Black

3/Color

White

Magenta

Red

Yellow

Green

Cyan

Blue

Farbkarte #13

8  
7  
6  
5  
4  
3  
2  
1  
1  
2  
3  
4  
5  
6  
7  
8  
9  
10  
11  
12  
13  
14  
15  
16  
17  
18  
19  
Centimetres  
Inches

1761, 4  
FACVLTATIS JVRIDICAE

DECANVS

# CONRAD. WILHELM. STRECKER

JCTVS

EMINENTISSIMI AC CELSISSSI PRINCIPIS ELECTORIS  
MOGVNTINI CONSILIARIUS REGIMINIS, PRAEFATAE  
FACVLTATIS ASSESSOR SENIOR, DECRETALIVM PRO-  
FESSOR PVBLICVS ORDINARIVS, ET CIVITATIS  
ERFORDIENSIS CONSVL PRI-  
MARIVS.

L. B. S.



ERFORDIAE,  
INTERIS HERINGIANIS, ACAD. TYPOGR.

